caſibus nos corroborant. nos letificāt. nos ↄſeruāt. Poſtremo noſtram illumināt rōem. excitant voluntatē. tribuūt boni opis facultatē Dominicus. Breuiſſimo verbo maxima in nos angelorꝫ bñficia demōſtraſti. ꝓ quibꝫ aſtrīgimur deū qui tales nobis ꝓmotores ↄtulit amare. timere. glorificare. ꝛ multo amplius q̄ꝫ ꝓ omnibꝫ obſequijs que a viſibili creatura ſuſcipimus. Hec em̄ corporalia ſunt et corpori ſolo pſtanꝭ. illa vero ſublimia ſunt ꝛ ſpūalia voluntati tm̄modo ↄmoda ꝛ rationi.

Raymundus. Certe nūc vidiſti in hoc quoqꝫ dyalogo ꝛ in p̄cedenti qūo obligetur hō amare. timere et honorare deū factorē ſuum. Nunc ſupeſt oſtēdere an hō etiā id exſoluit: id reddit quod teneꝭ. Cū multa voluptate ꝛ animi oblectatōe q̄ hactenus loquutus ſum excepiſti. ſed puto te in ſequenti diſputatione lachrimas effuſurū. Uerū quia iā cernis nobis radios ſolis occūbere. ꝛ iam in longū noſter ſermo ꝓceſſit: dignuꝫ eſt vt ſicut hactenus aīe ita ꝛ aſello corpori tribuamus qđ ſuū eſt

Dominicus. Placet. ſed licꝫ (vt dicis) triſtia ſim auditurus noueris tn̄ ſummo mane ad tuas me poſtes rediturū. Triſtia em̄ etſi amara ſunt. tn̄ plerūqꝫ ſalubria ſunt. ¶ Finit dyalogus q̄rtus. de eo ꝙ hō obligaꝭ deum timere ꝛ honorare

¶ Incipit quintus dyalogus. de lapſu miſerabili generis humani. ꝛ ꝙ per vnum hominē omnes cecidimus.

An talis ſit hō qualis eē debet. et an faciat quod facere teneꝭ ¶ Capitulum. xliij.

Dominicus. Tota hac nocte cōcitauit me ſpūs meus pre deſiderio ſermonū tuorū. Sepe enim cauſabar noctis morā. atvero vbi aſpexi tenuiſſimū aurore lumen ſubito e ſtrato mēbra corripui et huc heſterne pollicitationi feſtinus occurro.

Raymūdus. Amo mi dominice ſollicitudinē ardoris tui. Hactenus ſicut noſti egimus ꝓceſſum noſtrū ꝑ modū obligatōis ac debiti. oſtēdimus em̄ hoīem ꝓpter multa bñficia que accepit obligari deo muneratori ſuo. hanc quoqꝫ obligationē eſſe naturalē. ꝑpetuam. indelebilē. incorruptibilē. ſcriptā ſtilo

ferreo in vngue adamātino: ⁊ exaratam in aīa et corpus hoīs
et in oībus creaturis. Omīa eñ creata ꝓpter hoīem huius in
ſolubilis obligatōis conferūt teſtimoniū. Oſtēdimus etiaʒ ꝙ
grādia bona ſequant̄ hoīem ſi debitū quo obligat̄ exſoluerit.
et ꝙ inexpiabile malū incurrat ſi contēpſerit. Nūc aūt adiuto
re deo inquirendū eſt an hō debitū obligatiōis quo tenet̄ im-
plicitus etiā exoluat. an ſuū opus cū ſuo debito cōcordet. an
ſit iuſtū vel iniuſtū. rectū an obliquū. ſꝫm deū vel cōtra deum
id quod agit. Scrutemur nunc ꝓfunde ipm̄ hoīem. ⁊ interna
viſcera eius omneſqꝫ medullas penetremus: ⁊ inueniemus ꝓ
culdubio nihil hoīem agere aut cogitare qꝺ tenet̄. ſed oīa effi
cere ꝯtraria. Formemus igit̄ mentē ad lachrimas: ⁊ cū gemi-
tu planctuqꝫ loquamur. videbimus eñ grauiſſimā ruinā no-
biliſſime ⁊ altiſſime creature: ⁊ eam ruinā quā nemo poterit eri
gere: nemo valeat expiare Dominicus. Initia hec ſermo-
nū tuoꝝ gemitus mihi ocius excutiūt. Tu tñ repreſſis parūꝑ
lachrimis ſenſum tuū potēter exequere Raymūdus. Faciā
quantū potero Prima lux qua innitimur ad cognoſcendū ho
minē eſt agnoſcere q̇d facere debeat: ſecunda videre q̇d faciat.
Agnouimus itaqꝫ ex p̄cedentibꝫ libris q̇d hō obligetur agere
q̇d cupere. quid ore ꝓferre. hic aūt agnoſcemus q̇d agat quid
cupiat: q̇d loquat̄. Agnouimus (vt dixi) ꝙ hō tenetur primo
deū amare. timere. honorare. laudare. bn̄dicere. venerari: ⁊ di
ligere ꝓximū ſuū (qui dei imago eſt) ſicut ſemetipm̄. Ecce hoc
debet hō: vide nunc quid agat Dominicus. Video plane
nihil tale hoīem agere: ſed oīa ꝯtraria. Amat eñ heu dolor p̄
mum ſemetipm̄: ⁊ ꝯtempto nequiter creatore ꝓpriū querit ho
norē. ꝓpriam laudē ⁊ famā ⁊ gloriam: ⁊ q̇cquid debet dari p̄n
cipaliter deo factori ⁊ muneratori ſuo: ſibi tribui diligit ⁊ im-
pendi Raymūdus. Ex iſto palam aīaduertis hoīem peni-
tus corruiſſe: habereqꝫ voluntatē oīm iuſticie rebellē: totiqꝫ le
gi nature ꝯtrariā. extra deū. extra oēm pietatis regulaʒ. extra
ſemetipam: penitus corruptā. erraticā. impiam. ꝑuerſam. alie
natā. turpiſſimā. ſuꝑbiſſimam. falſiſſimā. odibilē deo ⁊ ab eius
cōſortio longiſſime ſeꝑatam: ⁊ eterna morte ſepultaʒ. Qualis
aūt volūtas hoīs talis eſt ⁊ totus hō: deo ꝯtrarius: deo rebel

Qꝫ hō nihil a-
git eorū que te
netur: nec erga
deum nec erga
proximum.

tis. deo capitalis inimicus. oīm maloꝝ radicē in ſe ꝯtinens. ꝑditus: corruptus. bis mortuus Hinc ſeq̄tur ꝙ talis hō vadit ad eternā triſticiā. eternā penā. eternā miſeriā: ⁊ ad calamitatē inexpiabilē. eo ꝙ ꝑdiderit reppuleritq; ꝑpetuū ſui conditoris amorē Dominicus. Aptiſſime nūc liquet que ſit hoīs amara ꝑditio. alienatio. corruptio. degeneratio. Hoc oēs creature clamitāt. hoc p̄dicant hoīem eſſe veraciter ꝑditum. eterno ſupplicio dignū: ⁊ a dei amicicia ꝑpetuo ſeꝑatum Raymūdus. Vidiſti nūc nō ſine gemitu q̄ꝫ ꝑdite ſe hō gerat erga deū vide nunc quō ſe habeat erga dei imaginē ſcʒ ꝓximū: ⁊ ampliorem eius ruinaʒ intelliges. Hō em̄ obligatur amare quēlibet aliuʒ hoīem ſicut ſemetipm̄. Verū nunc experimento diſcimus ꝙ hō hoīem ledit. affligit. ꝯfundit. deſtruit ⁊ occidit Nulla eſt inter hoīes vera vnitas: vera ſocietas: vera pax: amicicia. concordia: ſʒ inimicicie. ꝯtentōes. emulatōes. diſſentōes. ire. rixe inuidie. ſecte. ⁊ vniuerſe malicie. Et ſi forte inter aliq̄s reperiātur alique aut ꝯcordie aut amicicie: nō ille de amore imaginis dei oriunt᷑. ſed ꝓpter tꝑales vel carnales rōes que ſinceꝝ amorem nunq̄ꝫ ꝯſtituunt Dominicus. Hō qui dei inimicus eſt dei etiā imagini ſꝑ ꝯtrarius eſt. nec p̄t vero corde ꝓximū diligere qui deū ꝯtemnit amare. Neq; id mirū ſi quēlibet extra ſe hoīem odit: q̄ neq; ſeipm̄ diligit. Qui em̄ diligit ꝓpriū honorē odit ꝑfecto aīam ſuā Raymūdus. Cū videam hoīem ſic in abyſſum oīs malicie corruiſſe non poſſum lachrimas ꝯtinere cernēs eū nō ſentire ſuā corruptōem: ſuā perpetuā mortē Nō dolet. nō flet. nō ingemiſcit: imo q̄tidie ridet. iocundat᷑. ſupbit exultat. ⁊ more amētis frenetici in febre carnis ſenſum ꝑdidit cordis. Et inſtar eius qui letheo ſomno obdormiſcēs ſua mala nō ſentit. Vulnerauerūt me ait ⁊ ego nō dolui: percuſſerūt me ⁊ ego nō ſenſi. Dominicus. Quia ergo in ſemetip̄o ſua mala nō ſentit: oſtende ei obſecro ꝑ res extra corruptas q̄d de ſua corruptiōe ſentire poſſit. Reduc eum ꝑ id quod extra nouit ad ſeipm̄ quem non nouit

Quo hō poteſt ꝯſiderare corruptionem ſuā ꝑ res externas in ſe corruptas ¶ Capl'm. xliiij.